

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 24. b) Circa eorundem solutionem. α) Si contra trassatum experiendum est.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

cesser est, quam quidem alio probandi medio, nisi protestationis instrumento publico, absolvere non poteris. Onus ergo dubio caret, etiam in dicto casu protestatione opus esse, ad processum, scilicet de quo hic agitur, cambialem; ordinarius enim processus aliis probationibus omnino fundari potest.

§. 24.

b) Circa eorundem solutionem,

a) Si contra traxatum experiendum est.

Convertamur nunc nos ad aliud factorum genus, quae protestationem cambialem efflagitant; omissam scilicet solutionem acceptatione jam facta *); (quo casu protestationem *protestatio di non pagamento* vocant.) Primo loco quidem hic istud tenendum est, cambii possessorem, si quidem non nisi contra acceptantem experiri velit, nullo modo indigere protestatione. Omnia enim, quae ab isto petere potest, ipsa jam acceptatione satis superque confirmantur. Eadem enim continetur propria confessio, quae probationi plenae omnino sufficit.

§. 25.

Fluit exinde quoque, cambii possessorem in isto casu ab acceptante non posse exigere restitutionem expensarum circa protestationis consignationem factarum; quippe quae omnimodo superfluae et ultra omnem necessitatem factae sunt, quae quidem omnia tum circa accep-

*). Acceptatione simpliciter denegata nova de solutione non praestita protestatione opus non est. SIEGEL corp. j. camb. P. II. parere 39. pag. 42. RICCI exerc. j. camb. Ex. X. Sect. 5 §. 12.

